

ERASMI ROTERODAMI ADAGIORVM  
CHILIADES TRES, AC CENTV-  
RIA E FERE TOTIDEM.

A L D . S T U D I O S I S . S .

Quia nihil aliud cupio, q̄ prodeesse uobis Studioſi. Cum uenisset in manus meas Erasmi Roteroda-  
mi, hominis undecunq; doctiss. hoc adagiorū opus eruditum. uarium. plenū bonæ frugis,  
& quod possit uel cum ipſa antiquitate certare, intermissis antiquis autorib. quos pa-  
raueram excudendos, illud curauimus imprimendum, rati profuturum uobis  
& multitudine ipſa adagiorū, quæ ex plurimis autorib. tam latinis, quam  
græcis studioſe collegit summis certe laborib. summis uigiliis, &  
multis locis apud utriusq; linguaſ autores obiter uel correctis  
acute, uel expositis eruditæ. Docet præterea quot modis  
ex hiſce adagiis capere utilitatem liceat, puta quē-  
admodum ad uatios usus accōmodari pos-  
ſint. Adde, qđ circiter decē millia uer-  
ſuum ex Homero. Euripide, & cæ  
teris Græcis eodē metro in  
hoc opere fideliter, &  
docte tralata ha  
betur, p̄ræ  
ter plu  
rima  
ex Pla-  
tone, De-  
mosthene, & id  
genus ali  
is. An  
autem uerus sim,  
ιδεν ἔσθις, ιδεν καὶ τὸ πόδημα.  
Nam, quod dicitur, αὐτὸς αὐτὸς αὐλαῖ.



Præponitur hiſce adagiis duplex index. Alter secundum literas  
alphabeti nostri. nam quæ græca sunt, latina quoq;  
habentur. Alter per capita rerum.



te possit se profecisse, scribit olim morem fuisse, nomina digitorū ediscere, iisq; in metu tanq; re-medio futuris uti. Ipsius uerba subscribam, οἱ μὲν γῆς ἔκμεμα, ἄγκοτες τὰ πῶν ιδίων ὀνόματα συντί-λαι φῶν του πρὸς πὺς φόβους αὐτῆις, ὡς ἀλεξισθήκοις, ἀλέμα καταλέγοντες ἔκαστον. Quidam enim ediscunt suorum nomina digitorum, eisq; contra pauores utuntur, tanq; ad depellenda mala re-medium habeant, paulatim singulos recensentes. Quæ uero sint digitorum apud Græcos uoca-bula, Gellius in noctibus Atticis indicauit.

Bonorum glomis. CCCXCVI.

Ἄγαθῶν ἀγαθίδες, Bonorum glomi, de opibus extuctis & affatim accumulatis. Sumpta meta-phora à glomere textorio, cui fila sunt obuoluta, aut certe ligno illo textorio, cui filorum ma-xima uis est obuoluta, quod idem πηνίον uocant. Videtur autem allusum ad uocē in Agathide & Agathis, perinde ut Thucydides in Euripidis Epigrammate Athenas, τῆς ἐλάσθες ἐλάσθη, uocat, id est græciae græciam. Et quemadmodum, ἐχαρτα ἐχαρτών. Item κακοί κακῶν dicunt Græ-ci. Quam quidem figuram Latini non agnoscent.

Rem acu tetigisti.

CCCXCVII.

Est apud Plautum alicubi. Rem acu te: igisti, pro eo quod est, Rē ipsam diuinasti, nihil aber-tans. Metaphora sumpta uideri potest à lusu quopiam, in quo diuinator, id quod alias notasset, summa acu tangebat, aut lineam, aut calculum, aut aliud quiddam simile. Igitur acu tangere. Perinde est, quasi dicas, ipsissimum punctum attingere. Nam minutissima puncta denotant acu.

Purgatis auribus.

CCCXCVIII.

Purgatus auribus, pro attētis, & uacuis, prouerbii resipit. Plautus. Per purgatis ambo, damus tibi operam auribus. Horatius in epistolis, Est mihi purgata mētrebō qui personat aurem. Per sius quinta Satyrā, Stoicus hic autem mordaci lotus aceto. Nam sordes in auribus collectae au-ditum ebeat, exemptæ reddūt acriorē.

Purior clavo.

CCCXCVIIII.

Ἀγνέπερος πηδελίον, Purior gubernaculo. Comparatio proverbialis de re uehementer incul-pata, aut moribus undequaq; integris & incontaminatis. Clavus enim nauticus assiduis fluctu-bus abluitur, ut nihil sordium possit hærere. Adagium refertur à Suida.

De calcaria in carbonatiam.

CCCXC.

Quoties fit, ut à re proposita ad aliud quippiam longe diuersum digredimur. De calcaria in carbonariam decurrere dicimus. Huic non dissimile est illud Ciceronis in actione pro Murena. Respondebo igitur postremo primum. Qui nescio quo pacto mihi uidetur prætorius candida-tus in consularem, quasi desultorius in quadrigatum curriculum incurrere.

Datyli dies.

CCCC.

Δατύλων ήμέρα, Datyli dies. Vbi res feliciter successerūt. Sumptum a Datylo quodā qui apud Athenienses summos est honores cōsecutus.

Monstrū alere.

CCCCI.

Monstrum alitur, ubi quid occulti uitii latere significamus, haud scio an inde sumpta meta-phora, quod monstra ob pudorem clanculum aluntur & occultantur. Siquidem Pamphilus in Andria Terentiana, quod prius repudiatus gener, rursum ad affinitatem repeteretur, suspicans aliquid esse uitii in puella, quod cælaretur. Repudiatus, iquit, repetor. Quamobrem nisi id est, quod suspicor, Aliquid mōstri aluit. Ea quoniā nemini obtrudi potest, itur ad me.

Non curat numerum lupus.

CCCCII.

Prouerbiū sapit Vergilianū illud in Bucolicis. Quantū, curat aut numerū lupus, aut torrézia flumina ripas. Reste dicetur in hoiem impudenter furacem. Extat hodieq; uulgo iactatum adā-gium, lupus non ueretur etiam numeratas oties deuorare. Porro fures paulo timidiores cōsu-uerunt à rebus numeratis abstinere manū, metu, uidelicet, ne hoc indicio deprehendātur. Huic affinis iocus ille facetus in seruum furacem, cui nihil erat domi, neq; clausum, neq; obsignatū.

Ipsis placet.

CCCCIII.

Αὐτοῖς αρέσου. Ipsis placet, ubi rem parum nobis probari, aut causam, nihil ad nos pertinere significamus. Terentius in Andria, mihi non sit uerisimile. Atqui ipsi commentum placet. Nō admodum abludit ab illo, suum cuiq; pulchrum. Suis quisq; cōsiliis, suæq; sentētiæ blanditur. Huc pertinet illud apud Homerum frequens, οὐδεὶς γνωμῶν. Item illud apud comicos, sic lubi-tum est animo meo. Et apud Vergilium. Diis aliter uisum. Plato libro de legibus tertio, retulit hoc prouerbiū.

Dulce inexperto bellum.

CCCCIII.

Γλυκὺς ἀπέριώς φόλε μες, Dulce inexperto bellum. Admonet eos libēter pericula suscipere, qui rerum sunt imperiti. Aristoteles in rhetoricis hanc adfert causam, quod iuventa sit audacior. Se-necta timidior, quod illis imperitiā rerum confidentiam pariat. His multorum experientia ma-

# PROVERBIORVM

Iorum metum adfert.

Contingit & malis uenatio.

CCCCV.

*Δέσδη τοι καὶ κεκοῖς ἔγρα, Contingit & ignavis in uenatu præda, ubi quid feliciter obugit, immo merenti, quodq; fortunæ, magis, q; illius idustriæ sit acceptum ferendum, Allegoria sumpta, a uenatu, in quo uel præcipue dominatur fortuna. Virtus minimum adfert momenti.*

Ire per extentum funem.

CCCCVI.

Prouerbiali figura dixit Horatius, ire per extentum funem, pro eo quod est rem factu perq; difficultem præstare, neq; uel tantillum aberrare, sumptum à funabulis, ut Acroni placet, qui nō sine summa arte, summoq; usu per funem protensum ingrediuntur. Quæ res (sicuti cōicere li-  
cer, ) p̄t̄scis ingenti miraculo fuit. Hodie nihil uulgatus. Horatii carmen hoc est. Ille per ex-  
tentum funem mihi posse uidetur. Ire poeta, meum qui peccatus inaniter angit.

Annus est.

CCCCVII.

Arbitror nemini dubium fore, quin illa quoq; inter proverbiales hyperbolas referri debeat. An-  
nus est, seculum est, atq; id genus alia. Terentius in seipsum excruciente. Et nosti mores mulie-  
rum. Dum comuntur, dum moliuntur annus est. Idem alibi, iandudum ætatē, pro admodum  
dudum. Et seculum est, quod nihil abste redditur literarum. Proinde tempus prælongum hu-  
ijsmodi figuris significabimus.

Dies admit ægritudinē.

CCCCVIII.

Menedemus in Τεωντι πιμωρουμεώ Terentiana, nominatim adagii uice refert. Aut ego in  
quiens, profecto ex ingenio egregie ad miseriā natus sum, aut illud falsum est, quod uulgo au-  
dio dici, diem adimere ægritudinem hominibus. Eodem spectasse uidetur Sophocles in Aiace  
.flagelligifero, χρόνος γῆς θυματής θεός. Tempus enim facilis deus, uidelicet qd' omnia leniat, mo-  
liatq;. Ouidius. Quod male fers, assuesce, feres. Bene multa uetusitas lenit. Euripides in Alcesti-  
de, χρόνος μελάχει στ., Tépus dolore leniet. Lucernā adhibes in meridie.

CCCCIX.

Λύχον εἰ μεσημβρία πήδε, Lucernam adhibes in meridie, id est facis non suo tempore. Aut ex-  
plicas, quæ per se sunt clarissima. Quorsum enim lucernis opus clarissima luce? Natū uideri po-  
test, à ridiculo Diogenis facto, qui adhibita interdiu lucerna rogatusq; quid nam sibi uellet re-  
spōdit αὐθεωπον γενώ, hominē quæro, quemadmodum testatur Diogenes Laertius.

Soli lumen inferre.

CCCCX.

Quintilianus institutionum oratoriarum libro quinto, titulo de usu argumētum, simillima  
huic figuræ dixit, eum soli lumē inferre, qui rem per se euidentissimam conaretur argumenta-  
tionibus probare. Videtur idem cū illo, quod alio retulimus loco, οἱ λίφται φῶς θερέζῃ, soli mu-  
tuare lumen.

Zoili.

CCCCXI.

Zoili audax quidem, sed parum felix mordacitas prouerbio locū fecit, ut uulgo Zoili uocen-  
tur, alienarum laudum obtrectatores, & alienorum laborum reprehensores. Martialis, Penden-  
tem uolo Zoilum uidere. Hic Zoilus Sophista quispiam fuit, hoc facinore potissimum nobilitas,  
quod Homerum poetarum omnium principem, ausus est libris aliquot in eum scriptis, in-  
cessere, unde & ὀμηρούμαστις cognomen meruit, quod ipsum etiā abiit in prouerbium, sic enim  
appellari cœpti nobilium autorum castigatores, uel Plinio teste, in præfatione historiæ natura-  
lis. Et Vergiliomastiges, quorum de numero fuit Pero. Zoilus igitur commētarios in Homer  
compositos Ptholemæo tyranno Aegyptiorum obtulit, ingens, uidelicet præmium à rege spe-  
rans. Verū cum nihil mitteretur, penuria coactus, misit, qui peterent. Ibi Ptholemæus ait se mi-  
rari, cum Homerus tot annos defunctus, tot hominum milia pasceret, Zoilum egere, Homero  
doctiore. Deniq; per occasionē supplicio affectus est. Quanq; de mortis genere, diuersa tradūt  
autores.

Bona Cillicon.

CCCCXII.

Αγαθὰ καλλικῶν, Bona Cillicon, subaudiendum facit, aut habet. Conuenit ubi quis malefactis  
ac fœdis artibus sibi parauit opes. Huic adagio locum fecit Cillicon, quidā natione Milefius,  
qui prodita Prienensibus, Mileto patria, ampliter quidem, sed fœde ditatus est. Is cum p̄ditio-  
nem moliens rogaretur, quid nam esset facturus, respondit, πάτερ ἀγαθά. Omnia bona, unde pro-  
uerbium effertur etiam ad hunc modum, πάτερ ἀγαθά εἴη καλλικῶν. Omnia bona, uelut, inquit  
Cillico. Autores, Suidas & Zenodotus. Alludit huc & Aristophanes, Εἰ εἰρήνη δὲν ποιηρὸν ἀλλ' θ  
πρεκοὶ καλλικῶν, Mali nihil, uerū qd', inqt Cillico. Plūbeo iugulare gladio.

CCCCXIII.

Plumbeo iugulare gladio, est futili leuiq; argumento, conuincere quépiā M. Tullius ad At-  
ticū. Cum illum plūbeo gladio iugulatū tamen iri diceret. Idē in libris de finibus, frigidū argu-  
mentū, plumbeum appellat pugionē.

Leonem radere.

CCCCXIII.

Λέωντα ἐγένετο, Leonem radere dicuntur, qui feroce & præpotentes arte tractant & illudunt,  
magno

Sic enim legit Domitius Calderinus, quanq; nonnulli mutarunt pro Batauiam seneatam. Erant Bataui Germaniae populi, Cathorum pars, qui domestica seditione pulsi extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, simulq; insulam inter uada sitam, occupauere, quam mare Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergū ac latera circuluit. Gens tum bello ualida ut quæ Germanicas bellis esset exercitatissima, tum opibus pollens, quod Romana militia nō exhauiretur, quādoquidē erat his cum imperio societas, ut uiros tantum, armaq; ministrarent, quemadmodum copiosius prodidit Cornelius, Tacitus libro uigesimo. Cōuenit inter plerosq; doctos, nec id refragantibus cōlecturis, eam insulam, cuius meminit Tacitus esse, quam nunc Hollandiam uocant. Terra mibi semper & celebrandam & uenerandam, ut cui uitæ huius initium debeam. Atq; utinam illi nos tam possimus honestamento uicissim esse, q; illa nobis non est pœnitenda. Nam quod Martialis eam gentem rusticitatis insimulat, quod eandem Lucanus trucem uocat, aut nihil ad nos pertinet, aut etiam laudi uertendum arbitror utruq;. Siquidem, quæ gens, non aliquando fuit nudior? Aut quādo Romana gens laudatior, q; cum præter agriculturā & militiā nihil artium nosset? Quod si quæ quondam in Batauos dicta sunt, contendat aliquis ad huius temporis rationem pertinere, quæ maior laus Hollandiæ meæ poterit tribui, q; si dicatur a Martialis iocis abhorre, quos etiam ipse nequicias appellat. Vt inq; christianis uel omnib; aures essent Bataue, quo pestilentes eius poetæ facetias, aut non admitterent, aut certe nō caperentur. Quod si quis id rusticitatē uocare uelit, nos conuictū haud illibenter agnoscimus, uidelicet cum integris Lacedæmoniis, cum priscis illis Sabinis, cum laudatissimis Catonibus cōmune. Lucanus aut opinor ita truces appellat Batauos, ut Vergilius Acrem Romanū, Alioqui si mores domesticos spectes, non alia gens est ad humanitatem, ad benignitatē prop̄sior, cuiq; minus adsit, uel feritatis, uel truculentiae ingeniū simplex & ab insidiis, omniq; fuso alienum. Nullis grauibus obnoxiiū uitiiis, tantum ad uoluptatem præcipue cōuiuorū aliquanto deditius. Cuius rei causam esse puto, miram rerum omniū exuberantiā, quibus uoluptatis studium irritari solet, idq; partim ob commoditatem importationū, quod non solum occupat duo nobilissimorū fluminū ostia, Mosæ, Rheniq; uerumeriā qd' aliquanta sui parte Oceano alluitur, partim ob natuam regionis ubertatem, ut quæ passim nauigabilibus ac piscois interluatur fluuiis, pascuis uberrimis abundet. Ad hæc auium infinitam copiam, paludes, saltusq; suppeditant. Proinde negant aliam inueniri regionē, quæ simili spatio, tantū oppidorū cōtineat, mediocri quidē magnitudine, sed incēdibili politie. In Domesticæ supellectilis nitore, palmā uni cōcedūt Hollandiæ negotiatores, quibus pleraq; pars orbis est pagrata. Mediocriter eruditiorū, nusq; gentiū frequentior numerus. Ad exquisitā eruditionē, præsertim antiquā, quo non perinde multi pueniant, aut uitæ luxus in cā est, aut quod apud illos plus honoris habetur egregiæ morum integritati, q; egregiæ doctrinæ. Nam ingenium non esse negatum illis plurimis constat argumētis, quanq; mihi sane, q; mediocre contigit, ne dicam exiguum, ut & cætera pleraq;.

VENETIIS IN AEDIBVS ALDI  
MENSE SEPT. MDVIII,

### REGISTRVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z & aa bb cc dd ee ff gg hh  
ii kk ll mm nn oo pp qq rr Omnes sunt terniones, præter rr quintemionem.

Ubo psl. dñi 1571. Doct: Joannis -i-hi Ebi  
Viennæ Batis (Eman Ebsicou)atus pccumis pms. us  
Ebusi Gratianus abius in bibliotheca Collegij sv:  
Dñi Nicolai ad usum inha. fratribus & studenti  
Et studiorum iuxta uam ordi. ministris collacandis.  
F. dñi 1571 Januarij anno i. h. m. 11. D. X.  
Ex. singulare mandata Batis oxe ihsu. dñi 1571 Vienn:  
La tate 1571. 10. 20. 1571. 10. 20. 1571.